Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

Beatus Hieronimus presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-6715

Visual Library

poſito pareſ. et impareſ
cenſu. Nec inter eſt quan
tum ſint interrena faculta
te diſſimileſ. qui inſpirita
libuſ bonis inueniuntur
equaleſ. Beata igitur il
la paupertaſ. quae rerum
temporalium amore non
capitur. nec mundi opibuſ
augeri appetit. ſed caeleſti
buſ bonis diteſcere concu
piſcit. Huius nobis magnani
mę paupertatiſ exemplum.
primi poſt dn̄m apl̄i prebu
erunt. qui omnia ſua ſine dif
ferentia relinquenteſ. ad uoce̅
cęleſtiſ magiſtri. a captura pi
ſcium. in piſcatoreſ hominum
alacri conuerſione mutati
ſunt.

LECT̄ S̄C̄I EVANḠ SC̄M MATHEV̄.

IN illo temp̄. Reſpondenſ
ſimon petruſ. dixit ad ih̄m
Ecce nos reliquimuſ omnia
et ſecuti ſumuſ te. quid er
go erit nobiſ. et reliqua.

OMEL BEATI HIERONIMI PR̄BI DE EADE̅ LEC̄.

TVNC reſpondenſ
ſimon pe
truſ. dixit.
Ecce noſ reliquimuſ omnia
et ſecuti ſumuſ te. quid er
go erit nobiſ. Grandiſ fidu
tia. petruſ piſcator erat.
diueſ non fuerat. cibos ma
nu et arte querebat. et ta
men loquitur confidenter.
reliquimuſ omnia. Et quia
non ſufficit tantum relin
quere. iungit quod perfec
tum eſt. et ſecuti ſumuſ te.
Fecimuſ quod iuſſiſti. quid
igitur nobiſ dabiſ premii.
X. Ihc̄ autem dixit illiſ. Amen
dico uobiſ. quod uos qui ſe
cuti eſtiſ me. in regenerati
one cum ſederit filiuſ ho
miniſ in ſede maieſtatiſ ſuę.
ſedebitiſ et uoſ ſuper ſedeſ
duodecim. iudicanteſ duo

decim tribuſ iſrahel· Non
dixit qui reliquiſtiſ omnia·
hoc enim et ſocrateſ fecit
philoſophuſ· & multi alii
diuitiaſ contempſerunt·
ſed qui ſecuti eſtiſ me· quod
propriae apoſtolorum eſt·
atque credentium· In rege
neratione cum ſederit fili
uſ hominiſ in ſede maieſta
tiſ ſuae· quando ex mortu
iſ de corruptione reſur
gent incorrupti· ſedebitiſ
et uoſ in ſoliiſ iudicantium·
condemnanteſ duodecim
tribuſ iſrahel· quia uobiſ
credentibuſ· illi credere
noluerunt· Et omniſ qui
reliquit domum· uel fra
treſ aut ſororeſ· aut patrē
aut matrem· aut uxorem
aut filioſ aut agroſ prop
ter nomen meum· centu
plum accipiet· et uitam
aeternam poſſidebit·
Multi autem erunt primi
nouiſſimi· et nouiſſimi

primi· Locuſ iſte cum illa
ſententia congruit· in qua
ſaluator loquitur· non
ueni pacem mittere ſed
gladium· Veni enim ſepa
rare hominem a patre ſuo
et matrem a filia· & nurum
a ſocru· & inimici hominiſ
domeſtici eiuſ· Qui ergo
propter fidem xpi et pre
dicationem euangelii· om
neſ affectuſ contempſerint·
atque diuitiaſ et saeculi uo
luptateſ· iſti centuplum
recipient· et uitam aeter
nam poſſidebunt· Ex occa
ſione huiuſ ſententiae·
XI· quidam introducunt mil
le annoſ poſt reſurrectio
nem· dicenteſ nobiſ tunc
centuplum omnium rerū
quaſ dimiſimuſ· et uitam
aeternam eſſe reddendam·
non intellegenteſ· quod ſi
in ceteriſ digna ſit repro
miſſio· in uxoribuſ appa
reat turpitudo· ut qui

unam pro dn̄o dimiſerit · cen
tum recipiat in futuro · Sen
ſuſ igitur iſte eſt · Qui carna
lia pro ſaluatore dimiſerit ·
ſpiritalia recipiet · quae com
paratione et merito ſui ita
erunt · quaſi paruo numero
centenariuſ numeruſ compa
retur · Vnde dicit & apoſto
luſ · qui unam tantum domū
et uniuſ prouintię paruoſ
agroſ dimiſerat · Quaſi nihil
habenteſ · et omnia poſſiden
teſ · Quod autem ait in rege
neratione · proculdubio mor
tuorum reſurrectionem ·
nomine uoluit regeneratio
niſ intellegi ·

INCIPIT PASSIO SCĀE AGATHAE VIRGINIS

In ſicilia in urbe cathinen
ſium · ſub diocliciano et ma
ximiano imperatoribuſ
decio ter conſule · die no
narum februariarum · Quin
tianuſ conſulariſ ſicilię
audienſ ſcām opinionem
uirginiſ dō dicatę aga
thae · multifaria inten
tione perquirebat ut
ad eam peſtingeret · per
ſingula enim criminamen
tiſ ſuae · ſingulorum in
ſe uitiorum excitabat af
fectuſ · Ut pute pro gloria
ſaeculi concupiſcenſ ſuā
opinionem extendere ·
nobiliſſimiſ oſtam nata
libuſ dī famulam fecit at
trahi ; Ut qui erat degene
re ignotuſ · per hoc ſonaret
apud aureſ uulgi quod tan
tuſ eēt actaliſ · qui poſſit
etiam ſpectabilium ſibi
II· ſubiugare perſonaſ · Li
bidinoſuſ autem ad aſpe
ctum uirginiſ pulcherri
mae · oculorum ſuorum
concupiſcentiam commo
uebat · Et ut auaruſ ad fa
cultateſ eiuſ · cupiditatiſ
ſuae frena laxabat · Atq;
ut idolatriae doemonū